



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarivs Martini Lvtheri in Ionam Prophetam

Luther, Martin

Haganoæ, [15]26

VD16 B 3890

Capvt Tertivm

urn:nbn:de:hbz:466:1-35968

IONA

Quom uiribus destitueretur su-
per me anima mea , Domini recor-
datus sum, et uenit ad te oratio mea
ad templum sanctum tuum.

Qui custodiunt uanitates , frustra
misericordiam relinquunt .

Et ego in uoce laudis immolabo ti-
bi , quæ uouī persoluam , seruatori
Domino .

Et dixit dominus pisci , et euomuit
Ionam ad aridam .

C A P V T T E R T I U M

E T factum est Verbū Domini
ad Ionam , altera uice , dicens .

Surge uade in Nineue ciuitatē
ingentē , & prēdica in ea sermonem
quem ego loquor tibi . Surrexitq;
Iona , & peruenit usq; Nineuen , iu-
xta Verbū Domini . Nineue autem
ciui

I O N A

ciuitas ingens fuit Dei , trium die-
rum iter continens, Et cœpit Jona
ingredi in urbem , tertiacꝝ eius par-
te , quę unius diei iter cōprehēde-
bat peragrata, clamauit & dixit. Ad
huc.xl.dies, et Nineue subuertetur.
Crediderunt itaque uiri Nineuitæ
Deo & indixerūt ieuniū, & induti
sunt saccis, a magnis usque ad par-
uos . Accessit autem uerbū hoc re-
gem Nineue , qui mox surgens de
throno suo , abiecto regio decore
suo , sacco sese obtexit , seditꝝ su-
per cinerem. Et clamauit & præce-
pit in Nineue , edicto regis , opti-
matiumꝝ suorū , dicens , necꝝ ho-
mo , necꝝ iumentū , necꝝ bos , necꝝ
ouis , uel tantillum gustabunt , non
carpent pascua , nec aquas bibent.

B

IONA

Et operti sunt saccis & homo & iumentum, & clamauerūt ad Deum in fortitudine, reuersi q̄ sunt quisque a via sua mala, & ab iniuitate, quæ in manibus eorum, dicentes. Quis nouit si cōuertatur, et poeniteat Deum, & quiescat a furore indignationis suæ, & non pereamus. Et uidit Deus opera eorum, quod reuersi erāt a viis suis prauis, & pœnituit Deū mali quod locutus erat ut faceret illis, & non fecit.

C A P V T . Q V A R T V M

ATTEAM Dei clementiā, doleñter admodū tulit Iona, & propterea succensuit, ac deprecatus est dominum & dixit, Obscero Domine, nōne hoc uerbū meū quom